**Secundo** ſciẽduz ẽ. ꝙ Ariſto. in iſto 2º capitulo determiat đ rore ⁊ pruina ⁊ niue: ⁊ itendit ſex cõcluſiões. Prima tangit gñationem roris ⁊ pruine ⁊ ẽ hec. qñ vapor modicus ⁊ ſubtil̃ fuerit eleuatus nõ multũ alte ꝓpter paucitatem caloris eleuãtis ip3. ⁊ fuerit frigidat⁹ a frigiditate noctis talis vapor latus deorſũ dr̃ ros ⁊ pruina. ⁋ 2ª cõcluſio tangit duas dr̃ias inter rorẽ ⁊ pruinã. pªa q2 pruina fit qñ vapor congelat̃. ſ3 añ ꝙ̃ ſit ros o3 ꝙ nõ ſit tãt⁹ calor ꝙ conſumet vaporẽ eleuatũ neq3 ꝙ ſit tãtũ frigus ꝙ vapor ɔgelet̃. 2ª dr̃ia q2 pruina fit i t̃pe frigido ⁊ in locis frigidis. ſ3 ros fit loco ⁊ t̃pe t̃patis. Ex h̃ infert ꝙ vapor ẽ calidior aq̃. h3. n. caliditatẽ ip3 eleuãtẽ. 2º infert ꝙ illđ qđ eſt ãplioris frigiditatis ꝙ̃ aq̃ põt ip3 vaporẽ ɔgelare. ⁋ 3ª ɔº tãgit triplicẽ cõueniẽtiã iter rorẽ ⁊ pruinã. Pªa q2 ros ⁊ pruina nõ fiũt niſi ſerenitate ⁊ trãqllitate exñte. 2ª q2 iſta ñ fiũt flãte aliq̃ vento ipetuoſo. ꝓbat ſigno q2 ꝑꝑ h̃ iſta gñant̃ q2 vapor ñ diſgregat̃ nec a longe eleuat̃ a terra. 3ª ros ⁊ pruina nõ poſſunt gñari in mõtib⁹ nec in locis altis. ꝓbat duab⁹ rõnib⁹. ꝑma q2 vapor ille eleuatur a locis humidis ⁊ ſubmiſſis. iõ calor ꝑuus eleuans ipſum non põt eleuare ipm ad locum multe altitudinis ſ3 dimittit ip3 ꝑpe terrã. 2ª rõ q2 in altis locis eſt maxim⁹ ventus q facil̃r diſſoluit illũ vaporẽ. ⁋ 4ª cõcluſio. ros fit ſẽp flãte auſtro ⁊ nũq̃ flãte borea ꝑterq̃ i pontho. q2 ros nõ fit i t̃pe frigido ſ3 tẽꝑato. auſter ãt facit tẽpiẽ. boreas vo facit t̃ps frigidũ: q2 boreas ẽ frigidus. i põtho ãt ẽ ecõuerſo. auſter ãt nõ facit ſic tẽpiẽ vt fiat vapor. boreas aũt ꝑ ſuã frigiditatẽ facit antipiſtaſim ⁊ cõgregat calidũ. ideo plus euaporat. hoc ꝓbat ſigno. putei. n. plus euaporãt flãtib⁹ boreis ꝙ̃ auſtribus. tñ vẽti boreales ɔſumũt vaporẽ ante ꝙ̃ multiplicẽtur. auſtrales vero nõ ꝑmittũt vaporẽ ɔgregari. ⁋ 5ª ɔcluſio tãgit numeꝝ ipreſſionũ aqueaꝝ ⁊ eſt hec. a loco in quo generãtur nubes veniũt tria corpora. ſ. nix grãdo ⁊ pluuia. ⁋ 6ª cõparat aliq̃s eaꝝ adiuicẽ ⁊ eſt hec. pluuia ⁊ nix ꝓportionabilr̃ ſe habent ad rorẽ ⁊ pruinã. ⁊ nõ differũt niſi ꝺ3 magis ⁊ min⁹. nix. n. ⁊ pruina ſunt idem. ros vero ⁊ pluuia ſunt idẽ. ſ3 differũt ꝺ3 multũ ⁊ paucũ. ꝓbat q2 pluuia fit ex multo vapore ſic ifrigidato ⁊ in loco multũ diſtante a terra. ſed ros fit ex pauco vapore ⁊ in parua diſtãtia a terra: ſilr̃ eſt de pruina ⁊ niue. cũ enim cõgelatur nubes fit nix. cũ aũt ɔgelatur ꝓpe terrã paruus vapor fit pruina. Ex hoc infert ꝙ nix ⁊ pruina ſunt ſignũ t̃pis ⁊ medie regionis frigide. nõ. n. ɔgelaretur in t̃pe ⁊ regione in q̃ eẽt multa caliditas ſi nõ ſupueniret frig⁹. o3 etiã ibi eſſe calidũ qđ facit frigidũ euaporare.

**Tertio** ſciẽdũ ꝙ circa hũc tex. icidũt tres difficultates. ⁋ Prima difficultas eſt de ſignis pluuie. dr̃ ꝙ ꝑmũ ſignũ pluuie ẽ rubedo matutina ſolis. ⁊ ſignũ ſerenitatis eſt rubedo ſerotina ſolis. Secundum ſignũ q2 quando ſol ⁊ luna apparẽt coloris pallidi eſt ſignũ pluuie 3^m^. defectus roris in tempore apto ad rores. 4^m^ ſignũ quaſi ifallibile. qñ luna in nouilunio habet cornua valde obtuſa ⁊ magna eſt ſignũ ꝙ illa luna erit pluuioſa. ſed qñ luna habet cornua acuta ſignũ eſt ſerenitatis. Aliud ſignũ quaſi ifallibile ẽ qñ ſol reſpicit̃ in ortu ⁊ ſupra ip3 apparet nubes nigra ⁊ lõga ad modũ turris. tũc ſi nubes ſtatim diſpeat tũc eſt ſignũ pluuie future in illo die. ſed ſi nubes diu ꝑmaneat ſignificat ſerenitatẽ ⁊ raro accidit oppoſitũ. Aliud ſignũ. quãdo ſtelle i celo nõ apparent ita ſpiſſe imo apparẽt plus diſtãtes ꝙ̃ ſolitũ ſit eas apparere tũc eſt ſignum pluuie. Aliud ſignũ. ſintillatio aeris in lampade ardẽte. Aliud ſignũ. quãdo eſt mutatio vẽtoꝝ ab auſtro vſq3 ad aquilonẽ excluſiue ꝑ occidentẽ eſt ſignũ pluuie. Etiã ſumi poſſunt ſigna ex parte aĩaliuz. ſicut cantus ranaꝝ. cãtus coruoꝝ. hirũdines baſſe volãtes. muſce ⁊ pulices fortiter tangentes: ⁊ oues auide paſcẽtes. mugitus boum ⁊ vaccaꝝ i cãpis ⁊ paſcuis eleuatio capitũ ⁊ feſtina reuerſio ad tectũ. ⁋ Secũda difficultas. de accidẽtibus iſtaꝝ ipreſſionũ dicitur ꝑmo de pluuia ꝙ eſt accidẽs eius cadere ꝑ guttulas aliquando maiores aliquãdo minores. aliquando etiã pluuia eſt dulcis ⁊ aliquãdo amara. aliquãdo etiã cũ pluuia cadũt rane vermes ⁊ multa alia animalia. De niue dicitur ꝙ ɔſeruat blada. De rore dicitur ꝙ aliqñ fetet ita ꝙ putrefacit herbas. ⁊ blada collecta tẽpore roris putrefiũt. quia aliquãdo eſt dulcis vt mel. De pruina dicitur ꝙ adheret pilis et herbis Aſtroꝝ ſunt multa alia ſigna ⁊ accidẽtia q̃ ꝓpter eoꝝ multitudinẽ dimittũtur. ⁋ Tertia difficultas. in qua regione aeris generatur ros. Pro ſolutione huius difficultatis ponũtur quatuor dicta. ꝑmũ eſt cõtra albertũ ꝙ ros nõ generatur in ſuperiori parte medie regionis aeris: q2 vapor ita ſubtilis ⁊ paucus nõ poſſet aſcẽdere ꝑ mediã regionẽ aeris. ⁋ Secũdo dicit̃ ꝙ ros non generatur in media regione aeris in qua pluuie ⁊ nubes generãtur ꝑmo quia ibi ſunt venti. Secũdo quia requirit locũ tẽperatũ. ⁋ 3^m^ dictũ. ros nõ aſcẽdit a terra ad ſummitatem herbaꝝ folioꝝ ⁊ arboꝝ: ſed deſcẽdit ab infima regione aeris ſupra herbas folia ⁊ arbores. ⁋ 4^m^ dictũ. ros generatur in iferiore regione aeris ex ɔdẽſatõe vaporꝝ. Iſta quatuor dicta patẽt ex ſcđo notabili.

**Concluſio** reſpõſalis. Pluuia generat̃ i media regione aeris. ꝓbat q2 in illa regione aeris generatur pluuia in q̃ eſt tãta frigiditas ꝙ vapor tm̃ põt ɔdenſari ꝙ ex eo fiat nubes: ſ3 ſolũ hoc eſt i media regione aeris. ergo ſolũ i media regione aeris generat̃ pluuia.

**Primo** dubitat̃. Utꝝ grãdo generetur i media regione aeris. Ad ſoluendũ h̃ dubiũ eſt ſupponẽdũ ꝙ Ari. i h̃ 3º ⁊ vltimo caº hui⁹ tractat⁹ det̃minat de grãdine: ⁊ diuidit̃ i duas ꝑtes. In ꝑma det̃minat de grãdine ꝺ3 opinionẽ antiquoꝝ: ⁊ intendit quattuor ɔcluſiones. ⁋ Prima tãgit itentũ ⁊ eſt hec. grãdo generat̃ i media regione ſicut pluuia. ſ3 differt i hoc ꝙ ſicut nix generat̃ i media ſic pruina gñat̃ in iſima. ⁊ ſic pluuia i media ſic ros in iſima. grãdo vero nõ h3 aliqđ qđ ſilr̃ generet̃ in iſima ſicut ipa in media. Subdit ꝙ oportet determinare ea que accidũt circa nãz grãdinis q̃cũq3 nõ ſunt ſeducẽtia a veritate ſ3 ſũt rõnabilia. ⁋ 2ª ɔº tãgit duas q̃ſtio-

neſ. ¶ Prima eſt. quō poteſt ḡnari grādo ita ꝙ aqua ñ deſcendat anteꝗ̄ congeletur. ¶ 2ª. q̄re i hyeme minus fiunt grandines. ⁊ magis fiunt i tēpoꝛe veris ⁊ autumni. ⁊ vniuerſalr̄ in tēpoꝛe tēperato. cum tamen grando appareat vt criſtallꝰ .i. vt aqua congelata. ¶ 3ª concluſio tangit ⁊ repꝛobat ſolutionē antiquoꝝ. ¶ Ad p̄mam q̄ōnē dicitur ꝙ nubes qn̄qꝫ diſſoluitur in paruas guttas que ꝓꝑ paruitatem manent in aere ⁊ poſtea ille partes ꝯgregantur ⁊ faciunt guttas magnas que vocantur grando. hoc repꝛobat phs. qꝛ congelata inq̄ꝫtum huiuſmodi non pn̄t iteꝝ congelari. ¶ 4ª concluſio tangit opinionē anaxagoꝛe ad primā q̄ōnem. ⁊ eſt hec. i eſtate magis fit grādo. qꝛ tunc caloꝛ ſufficit eleuare nubes ⁊ expellere in ſuperioꝛē locū magis frigidū in quo ꝓꝑ frigus conuertuntur in aquā ⁊ congelātur. hanc repꝛobat phs tribus rationibus. ¶ Prima. qꝛ grādo non generatur ita alte. ꝓbat. quia in altis mōtibus apparent niues ⁊ non grādines. ¶ Secūda. quia aliquando cū cadunt grandines in nubibus celi audiūtur mirabiles ſoni. hoc tn̄ nō poſſꝫ ſi generarentur multū diſtāter a nobis. ¶ Tertia. qꝛ grando fit in figura rotunda. qd̄ nō fieret ſi generaret̄ multū diſtanter a nobis. Ex his dicitur ad dubium ꝙ grando nō ḡnatur in media regione aeris. patet. quia grando generat̄ ex nube conuerſa in guttas poſtea congelatas. ſꝫ nubes generantur in media regione aeriſ.

**Secundo** dubitatur. vtꝝ grando magis generetur i tp̄e temperato q̄ꝫ in hyeme aut eſtate. Ad ſoluendū hoc dubium ē ſupponēdum ꝙ ari. in ſecūda p̄te hꝰ capl̄i deťminat de grandine ſm̄ opinionem ꝓpriā. ⁊ intendit tres concluſiones. ¶ Prima tangit ſolutionē p̄me queſtionis. ⁊ ē hec. grando ſic ḡnatur. nā ꝑ caloꝛem ſolis eleuatur a coꝛporibꝰ humidis quidā vapoꝛ humidus ⁊ calidus vſqꝫ ad mediā regionem aeris. ⁊ ibi ꝓꝑ frigiditatem loci conuertitur in nubē. ⁊ nubes conuertitur in aquā deſcendentem per guttas que cadendo ꝑ infimā regionem ꝓꝑ eius caliditatē per antipiſtaſim infrigidantur ⁊ foꝛtiter congelātur. ⁊ ſi generet̄ remote a terra fit rotunda. ¶ 2ª cōcluſio tangit ſolutionē ſecūde queſtionis. ⁊ ē hec. grando minus fit in eſtate ⁊ in hyeme q̄ꝫ in alijs tp̄ibus anni. ꝓbat p̊ ō eſtate. qꝛ in eſtate aer eſt nimis ſiccus. ſed ī vere ⁊ autumno aer eſt magis humidus. ⁊ viget ſatis magna caliditas. igr̄ tunc poſſūt fieri plures euaporationes. ⁊ etiam tunc infima regio ē ſatis calida ad cāndū antipiſtaſiꝫ. ſꝫ in hyeme coꝛpoꝛa ſūt nimis frigida. ideo caloꝛ eſt nimis debilis ad faciēdū humidū euaporare. ⁊ ēt media regio ē tūc frigida nimiſ ad cauſandū antipiſtaſim. ¶ Tertia concluſio eſt hec. grando magis fit in tp̄e calido. ꝓbat. qꝛ calidum multū iuuat ad congelationē aq̄. ꝓbat duobꝰ ſignis. p̄mum. qꝛ multi cū volūt aquā infrigidare vel congelare p̊ faciunt eā calefieri. 2m. qꝛ in puncto citius calefiebat quo foꝛtius erat congelata ⁊ econtra.

**Tertio** dubitatur. Quot ſunt ſigna grādinis. dicitur ꝙ ſunt ſex. p̄mū ē ꝙ cōgelatur ⁊ apparet ad modū criſtalli. 2m ſignū eſt ꝙ moꝛtificat vegetabilia. ⁊ hoc propť ſuū frigꝰ. 3m. quia quandoqꝫ tempoꝛe grandinis audiunt̄ magne exalatiōes calide ⁊ ſicce que petunt exitum ⁊ mouentur per talem nubē frāgendo eā. iō cauſant ſonum. 4m. cum grandine cadit pluuia ⁊ hoc fit propter ꝑuā antiperiſtaſiꝫ. 5m. ꝙ quādoqꝫ eſt angularis: quandoqꝫ rotunda quando rēote generatur. 6m. in grandine qn̄ꝫ app̄ent imagines boium ⁊ poꝛcoꝝ ꝓpter virtutes celeſtes tūc vigentes. Ex his pꝫ ꝙ qnqꝫ ſunt impreſſiōes humide quaꝝ due ḡnantur in infima regiōe aeris .ſ. ros ⁊ pruina. ſed alie tres generantur i media regione. ſ. pluuia nix ⁊ grando: ⁊ lꝫ grādo congeletur ⁊ perſiciatur in infima regione. tamen p̄ncipaliter generatur i loco vbi generātur nubes ⁊c̄.

**Ad rationes**. Ad primam dicitur cōcedendo maioꝛē ⁊ negando minoꝛē. Et ad ꝓbationē dicitur ꝙ vnumquodqꝫ eoꝝ elementorū poteſt naturaliter generari i loco alterius dūmodo ſit aliquid qd̄ moueat ipꝫ ad motū alteriꝰ. vt ſi aliquis poneret ignē īfra aerem naturaliter. qꝛ ex tali igne poſſꝫ ḡnari aer nāliter. ¶ Ad ſecūdā dicitur concedendo an̄s ⁊ negando ꝯn̄am. quia non eſt inconueniens ꝙ multus vapoꝛ altius deſcendat q̄ꝫ pauca exalatio. iō non eſt inconueniens ꝙ aliqua īpreſſio humida altius generet̄ q̄ꝫ impreſſio ignita ḡnata ex debili exalatione. ¶ Ad ſecūdā dr̄ p̊ ꝙ foꝛma ſubſtātialis vaporis eſt p̄ncipium talis aſcenſus. nec ē inconueniens eandem foꝛmā naturalem per diuerſa principia inſtruª eſſe p̄ncipiū contrarioꝝ motuum ſicut foꝛma ſubſtantialis aq̄ per ſuā ꝓpriam frigiditatem frigefacit. ſed per caliditatē ſibi impreſſam ab igne calefacit. ſic foꝛma ſubſtātialis vaporis per ſuam caliditatē quam conſequtur quedam leuitas aſcendit. ⁊ quando frigefac per ſuam frigiditatem quā conſequit̄ grauitas



deſcendit. vel dr̄ ꝙ caliditas eſt pꝛincipium ꝓductiuum talis aſcenſus vel ſaltē leuitas cōſequēs illam caliditatē. iō dr̄ ad 2am ꝓbationē ꝙ talis motus ē nālis ex parte pꝛincipij īſtrumental̄. ſ. ex parte leuitatis ⁊ caliditatis vaporis: licet foꝛte ſit violentus ex parte foꝛme ſubſtantialis vapoꝛis.

**Queritur** ſeptimo. vtrū fōtes ⁊ fluuij generentur ex pluuialibus aquis receptis in viſceribus terre. ¶ Arguit̄ pꝛio ꝙ ſic. qꝛ tēpoꝛe pluuiali fontes ⁊ fluuij ſunt maioꝛes q̄ꝫ tempoꝛe eſtiuali. ⁊ hoc non eſt niſi qꝛ talis aqua augmentatur ex aduētu pluuie. igitur fontes ⁊ fluuij generātur ex aquis pluuialibꝰ. ¶ 2º ſic. fōtes et fluuij non generantur in concauitatibus terre ex vapoꝛe conuerſo in aquam cuꝫ ſepius maioꝛ aq̄ exeat a fontibus ⁊ fluuijs q̄ꝫ ſit maioꝛ pars aeris igitur generātur ex aquis pluuialibꝰ. ¶ Tertio ſic. quia vel aqua aſcenderet ad oꝛificium fontis naturaliter vel violenter. nō naturaliter quia aq̄ non aſcendit ſurſum naturaliter. non violenter pꝛimo qꝛ ibi non videt̄ aliquod violentans. Secundo qꝛ generatio fontium non eſſet naturalis ¶ In oppoſitum eſt auctoꝛitas philoſophi.

**Primo** ſciendum eſt ꝙ Ariſtoteles i iſto quarto tractatu determinat de fontibus fluuijs que generantur intra concauitates terre. ⁊ diuiditur in duo capitula. ¶ In pꝛimo determinat da generatione fontium ⁊ fluuiorum. ⁊ diuiditur in duas partes. In pꝛima determinat de ipſis ſm̄ opinionem antiquorum ⁊ intēdit tres cōcluſiones. ¶ Prima tangit intentum ⁊ eſt hec. dicamus adhuc de ventis ⁊ omnibꝰ ſpiritibꝰ de fontibus ⁊ fluuijs ⁊ de mari: non multū curando de opinionibus antiquorum. quia ď his nihil aliud dixerunt niſi ꝙ vulgo dicitur. ¶ Secunda concluſio tangit opinionem antiquoꝛum ⁊ eſt hec. aliqui opinabantur ꝙ ventus non eſſet aliud q̄ꝫ aer motus ita ꝙ eandem reꝫ dicunt vētum aerem ⁊ nubeꝫ. quia cuꝫ fuerit quieſcens dicitur aer. ⁊ cū fuerit motus dicitur ventus. ⁊ cuꝫ aer fuerit ingroſſatus dicitur nubes. ⁊ credūt ſapienter dicere oēs ventos eſſe vnum ventuꝫ. et omnes fluuios eſſe vnuꝫ fluuiū. Ex hoc infert ꝙ multi melius dicunt ſine inquiſitione q̄ꝫ iſti antiqui cum inquiſitione eo ꝙ dictū eoꝝ eſt leue ⁊ mēdacium. ⁊ ſubdit quid intēdit determinare. ¶ 3ª concluſio tangit opinionē antiquoꝝ de fluuijs ⁊ eſt hec. eleuato vapoꝛe deſcēdit pluuia i terris tanqꝫ in aliquem magnuꝫ ventrem. ⁊ ibi congregatur in hieme propter multitudiem pluuiaruꝫ ⁊ illam multitudineꝫ pluuiaꝝ continue fluenteꝫ ab illo ventre terre dicunt eſſe fluuios. pꝛobant duobus ſignis. pꝛimū. quia fluuij ſunt maioꝛes ī hyeme q̄ꝫ in eſtate. ⁊ hoc non eſt niſi quia ille concauitates terre ſunt in hyeme plus replete aquis pluuialibus. 2m ſignum quia aliqui fluuij ſunt ꝑpetui ⁊ aliqui non. ⁊ hoc non eſt niſi ꝓpter abūdātiam aquarum pluuialiū in alquibus locis. hanc repꝛobat philoſophus quia ſequeretur ꝙ talis venter terre eſſet maioꝛ tota ťra. quia ſi tota aq̄ que fluit per annuꝫ ex fluuijs congregaretur ipſa excederet magnitudinem terre.

**Secundo** ſciendū eſt ꝙ Ariſtoteles i 2ª parte huius capituli determinat de fontibus ⁊ fluuijs ſm̄ opinionē pꝛopꝛiam ⁊ intendit quinqꝫ cōcluſiones. ¶ Pꝛima tangit vnum modum generationis fluuioꝝ ⁊ eſt hec. ſicut ſupꝛa terram ex aere generatur aqua. ſic etiā inter partes terre eſt multus vapoꝛ qui ꝓpter frigiditatē terre ꝯdenſat̄ ⁊ cōuertitur i aquaꝫ. ⁊ illa aqua petens exituꝫ fluit extra terram ⁊ continue reſoluitur in vapoꝛes. ideo continue augmentat̄ talis aqua. ⁊ ſic cauſantur fontes ⁊ fluuij. hoc pꝛobat duobus ſignis. primum quia videmꝰ ꝙ fodiuntur loca baſſa ⁊ fouee ⁊ in illis reperitur aqua diſcurrens ab illis locis terre. 2m ſignum quia fōtes ⁊ fluuij ſm̄ naturaꝫ fluunt ex mōtibus. ꝓbat phs ratione ⁊ expimentis. ratione quia ſicut mōtes ſunt poꝛoſi. ideo ibi pōt aer ſubigredi terram ⁊ ꝓpter frigiditatē terre cōuerti in aquaꝫ. 2º pꝛobat experimētis de monte ꝑnaſo. ⁊ i Aſia ď mōte caucaſo. in idia de monte pyreno circa occidētale equinoctium. de mōtibus etiā circa ſcythiaꝫ ⁊ lybiam ⁊ multis alijs mōtibus vt ad lōguꝫ patet in textu. ¶ 2ª ꝯº recapitulat que dicta ſunt ¶ Tertia cōcluſio ꝓbat ꝙ in terra ſūt aliq̄ loca ſuſcipientia multam aquam ſicut concauitates terre qꝛ circa archadiā aliq̄ fluui abſoꝛbētur a terra. etiā i aſia ſub mōte caucaſo ē ſtagnū ſub q̊ ingrediūt̄ plures fluuij ⁊ ibi mare nō hꝫ effluxū. iō ītrat ſub terrā ⁊ egreditur longe bene ꝑ trecenta ſtadia. ⁊ exit aqua dulcis ⁊ potabilis. ⁊ in europa eſt quidam fluuius qui abſoꝛbetur a terra. ⁊ iteꝝ egreditur. quod nō eſſet niſi ſub terra eſſent magne cōcauitates receptiue multū aquaꝝ

**Tertio** ſciendum eſt ꝙ circa hunc textum icidūt tres difficultates. ¶ Prima

vtrum aqua naturaliter aſcendat ad orificiū fontis. Pro ſolutione huius difficultatis ponūtur q̄tuoꝛ caſus ī quibus aqua poteſt naturaliter aſcēdere. Prim⁹. ſi in aliquo vaſe pleno aqua ponat̄ aliquid grauius aqua: tūc illa aqua illi graui naturaliter cedit ⁊ aſcendit ſupra illud graue. Secundus caſus. ſi aqua fuerit calefacta ⁊ ex tali aqua vapoꝛ fiat virtute caliditatis illius vapoꝛis aqua naturaliter aſcendit: vt patet de fumo aque bulientis. Tertius caſus. quia natura abhorret vacuum: ideo aqua naturaliter aſcendit ad replendu𝔷 vacuum. p𝔷 duplici experiētia. Prima. q𝔷 ſi aliq̄s calefaciat fialam. aer calefactus in fiala rarefit. tunc ſi ſtatim talis fiala ponatur ſupra aquam frigidiſſimam ꝓpter frigiditatem talem condenſatur aer fiale. ⁊ tunc aqua aſcendit ad replendū vacuū. 2ᵃ. iuuenes ſepi⁹ bibūt vinū cum calamo attrahendo aerem illius calami. ⁊ tūc ſtatim vinū aſcendit ne fiat vacuum. Quartus caſus ē ꝓpter equalitatē q𝔷 quelibet pars aque naturaliter tendit vt ſit eque alte vel eque baſſe ſicut alia. ideo ſi fiat foꝛamen in naui nunq̄ aqua ceſſabit aſcendere quouſq̄ ſit ita alta ſicut aqua que eſt in fluuio. ſecūdo ponitur talis ſuppoſitio. q𝔷 prima origo fontium ⁊ fluuioꝝ coiter eſt in altis montibus Ex his dicitur ad difficultate𝔷 ꝙ aqua naturalr̄ aſcendit ad orificium fontis. p𝔷 quia aqua naturaliter nititur equari loco a quo ſumpſit originem. ſed locus a quo fons ſumpſit originem eſt altus ideo aqua naturaliter aſcendit quātū poteſt q̊uſq̄ adequatur ſuo loco naturali. Ex quo ſequitur ꝙ orificia fontium artificialiu𝔶 nō debēt fieri altioꝛa q̄ ſit locus originis ipſius fontis. hoc poteſt declarari de foꝛamine facto in naui. ¶ Secūda difficultas cum fontes ⁊ fluuij generētur ex vapoꝛe conuerſo in aquam qualiter eſt poſſibile ꝙ tantus vapoꝛ conuertatur in aquam cum aliqui fontes ⁊ fluuij ſint perpetui. Dicitur ꝙ intra terram ſunt multi poꝛi qui naturaliter non poſſunt remanere vacui. ideo opoꝛtet ꝙ repleantur aliq̄ ſubtili vapoꝛe qui propter frigiditatem terre ſtatim conuertitur in aquam. ideo ne ſit vacuū ſubintrat nouus vapoꝛ qui continue conuertitur. ⁊ ſic continuatur fluxus fontium ⁊ fluuiorum. ⁊ quāto riuuli alicuius fontis vel fluuij plus diſtant a loco ſue originis: tanto ſūt latioꝛes ⁊ maioꝛes. q𝔷 cōtinue reperiunt nouum vapoꝛem conuerſum in aqua𝔷. ¶ Tertia difficultas. vtru𝔷 aqua fontium ⁊ fluuioꝛum ſit naturaliter maioꝛ ī eſtate q̄ in hyeme. Dicitur primo ꝙ naturaliter eſt maioꝛ in eſtate q̄ in hyme. quia caloꝛ exiſtens extra terram facit eam per ātipiſtaſim eſſe magis frigidā. ideo facilius reſoluitur vapoꝛ in aquam. ꝑ accidens tamen ratiōe aquarum pluuialium et aliarum impreſſionum humidarum que reſoluunt̄ in aquam fluentem ad fluuios eſt maior in alijs tempoꝛibus q̄ in eſtate ⁊c̄.

**Concluſio** reſponſalis. Fontes ⁊ fluuij non generātur ex aquis pluuialibus receptis in viſceribus terre. ſolet cōmuniter pꝛobari tribus ſignis. Primum. quia expertum eſt aquam pluuialem non deſcendere intra terram decem pedes. Secundum. quia ſub magnis rupib⁹ ⁊ lapidib⁹ repiūt̄ magni fōtes ⁊ fluuij: per eos tamen nō poteſt aqua pluuialis deſcendere. Tertium. quia in cacuminibus montiu𝔷 reperiuntur fontes. ⁊ ibi non poſſunt aſcendere aque pluuiales ⁊c̄.

**Primo** dubitatur. Utrum regio habitabilis poſſit fieri ihītabilis. ¶ Ad ſoluendum hoc dubium eſt ſupponendu𝔷 ꝙ Ariſtoteles in iſto vltimo capitulo determinat de cauſis durationis fluuioꝛum. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de permutatione fluuioꝛum in terram ſiccam ⁊ econtra. Et intendit tres concluſiones. ¶ Prima concluſio tangit talem permutationem. ⁊ eſt hec. Eadem loca terre non ſunt ſemper arida nec ſemper aquoſa. ſed permutantur ſecundum generatōes ⁊ exitus fluuioꝛum. Ex hoc infert ꝙ arida terra et aquoſa permutatur. quia fit mare vbi eſt terra arida ⁊ econtra ſecundum quendam ordine𝔷 ⁊ periodum. probat per ſimile. quia ſicut in animalibus ⁊ plantis ſtatus ⁊ ſenectus augentur ⁊ minuuntur per caliditatem ⁊ frigus ⁊ per motū circularem ſolis. ſic propter eandem cauſam fōtes ⁊ fluuij augentur ⁊ diminuuntur ſolum. In hoc tamen differentia eſt. quia viuens augetur ſecūdum ſe totum: fluuius autem augetur aut diminuitur ſolum ſecundum partem. Ex his infert ꝙ neceſſe eſt fōtes exiccari locis factis aridis. quia fluuij primo ex magnis fiunt parui. deinde fiunt omnino aridi. Similiter mare eſt creſcens ⁊ aſcēdens. ⁊ aliquando terra fit arida. ¶ Secunda concluſio tangit cauſam propter quam talis trāſmutatio latet nos. quia generatio talium fit per longiſſimam ſucceſſionem temporum. Et vita hominis eſt bꝛeuis. quia certiſſime fiunt corruptiones hominum in pꝛelijs in infirmitatibus ⁊ in cariſtijs. etiam quoſdam latet eo ꝙ tranſmigrant de regione in regionem ⁊ propter eandem cauſā latet tranſmutatio terre habitabilis in terram inhabitabile𝔷. ¶ Tertia ꝯcluſio pꝛobat duobus ſignis ꝙ terra tranſmutetur de terra habitabili in terram inhabitabilem. Primum ſignum. quia egyptus fuit terra inhabitabilis ꝓpter paludes. ⁊ continue terra exiccata eſt ex paludibus. ⁊ tamē latuit talis tranſmutatio. vt fert Homerus. ſcd̄o𝔷 ſignum. regio argoꝛum erat ſic paludoſa ⁊ paucos poterat nutrire. ⁊ terra micena erat ſicca. ⁊ factum eſt contrarium:

**Secundo** dubitatur. Utrum durationis fluuioꝛum ſit aliqua cauſa. Ad ſoluendum hoc dubium eſt ſupponendū ꝙ Ariſtoteles in ſecunda parte huius capituli determinat de cauſis durationis fluuioꝛum. ⁊ intēdit duas concluſiones. ¶ Prima tangit cauſam tranſmutationis fluuioꝛum ſcd̄o𝔷 antiquos ⁊ eſt hec. illi qui ad pauca reſpiciunt dicunt talem tranſmutationem eſſe factam ꝑ mutatione𝔷 totius vniuerſi. Credunt eni𝔷 ꝙ omnia ſunt de nouo facta. Repꝛobat eos philoſophus quia deriſibile eſt ꝙ propter tranſmutationē facta𝔷 in aliqua parte t̄re dicamus totū vniuerſū tranſmutari: cum terra ſit fere nihil in oꝛdine ad celum. ¶ Secunda concluſio tangit duas veras cauſas permutationis fluuioꝛum. pꝛima ē ex parte coꝛpoꝝ celeſtiū quia ſicut in partibus vnius anni accidit tranſmutatio per motu𝔷 ſolis ſic ꝙ in aliqua p̄te anni ē hyems in qua eſt abundantia aquarum. ⁊ in alia ē eſtas que eſt ſicca. ſic per influentiam celi accidit abundantia fluuioꝛum ⁊ nubiū. vt pꝛobat exemplo de diluuio facto ſub deucalione ⁊ etiam alijs exemplis. Secunda cauſa eſt ex parte inferioꝛu𝔷. quia aliquando in montibus ſunt cōcauitates magne in quibus eſt magna frigiditas conuertens multum vapoꝛem in aquam. In alijs autem locis ſūt ꝑue concauitates. iō ē ibi pauc⁹ vapoꝛ. ꝓbat hoc ex tribus exemplis. pꝛimum eſt de terra egypti q̄ facta eſt totaliter arida. ⁊ maxime circa mare rubꝛum. ſecundum exemplum. circa methodiam paludem facta eſt tanta diminutio fluuioꝛum ꝙ iam non ſciunt ſupernatare naues ſicut ſolebāt. tertium exemplum. in aſia fuit fluxus cuiuſdam ſtagni. poſtea ſtagnum fuit factum paruum ⁊ tandem exiccatum ⁊ poſtea reuerſum. Ex hoc īfert ꝙ ex quo tempus non deficit non ſemper fluxit nylus. ſed erat quandoq̄ locus ſicc⁹. Conſequenter recapitulat ea que dicta ſunt.

**Tertio** dubitatur. Utrum vbi nunc eſt mare aliquando fuit terra ſicca ⁊ ecōtra. Pꝛo ſolutione huius difficultatis ponuntur modi generationis montium. pꝛimus eſt ex fluxu maris ⁊ aliarum aquarum impetuoſaru𝔷 congregatur multa terra ⁊ fit mons. ſecundus modus. venti impetuoſi congregant multam arenā ⁊ multas terreſtreitates ⁊ fit mons. tertius modus. per terremotum fit aliqua apertura in terra ⁊ ſic fit vallis magna. ideo fit mons magnus. quartus modus eſt per influentiam deſiccatiua𝔷 ⁊ rarefactiuam terre. ⁊ ideo eleuatur terra ⁊ ſub ea fit magna cōcauitas. ⁊ ſic fit mons. dicitur tamē pꝛobabiliter ꝙ ita alti montes ſicut aliqui reperiuntur non poſſunt naturaliter totaliter coꝛrumpi. nec poſſunt totaliter de nouo gn̄ari niſi fuerit terremotus naturalis ⁊ vniuerſalis. parui tamen montes qui naturalit̄ fiunt poſſunt etiam naturaliter coꝛrumpi. ⁊ in loco in quo ſunt pn̄t fieri n̄alit̄ valles. Ex his dicit̄ ad dubiu𝔷 ꝙ vbi nunc eſt mare aliq̄n̄ fuit t̄ra ſicca. hoc ſatis patet ex dictis.

**Ad rationes** Ad pꝛimam dicitur ꝙ bene pꝛobat aquam pluuialem aliquo modo augere fluuioſ: ſed non pꝛobat fluuios pꝛincipaliter generari ex aquis pluuialibus. ¶ Alie rationes ſoluuntur ex tertio notabili. ¶ Et hec de pꝛimo metheoꝛoꝛum dicta ſufficiant. Et ſequitur ſecundus.

CIrca initiuꝫ ſecūdi libri metheoroꝝ. Queritur ꝑmo vtꝝ loc⁹ in quo eſt mare ſit locus naturał aque. ¶ Arguiť primo ꝙ non. qꝛ oīs locus naturalis eſt principiū generationis locati: ⁊ in eo locatū nālr geſcit. ſꝫ aqua nō generať nālr in loco maris nec in eo nālr geſcit. ergo loc⁹ in quo eſt mare nō eſt loc⁹ nālis aque. ¶ 2º ſic. aqua naturaliter debet circūgirare terrā ⁊ alti⁹ locari ꝙ̄ terra: ſed mare nō circuit terrā nec locatur altius ꝙ̄ terra. ergo locus in quo eſt mare nō eſt locus nālis aque. minoꝛ pꝫ ꝑ ꝑma pte ꝑ ſimile de alijs elemētis. ꝑ ſcd̄a parte pꝫ qꝛ terra eſt altioꝛ ꝙ̄ locus maris. ¶ 3º ſic. locus in quo eſt mare eſt loc⁹ maris inq̄ꝫtū mare. ergo nō eſt locus nālis aque. aīs pꝫ duplr̄. ꝑmo qꝛ in eo nāliter generatur ⁊ cōſeruatur mare. 2º qꝛ ipſius maris eſt aliqs locus nālis ⁊ nō eſt ali⁹ niſi ille in quo eſt mare. ergo ⁊c̄. ¶ In oppoſitum eſt auctoritas philoſophi.

Primo ſciēdū eſt ꝙ Ariſto. i 2º libro metheoroꝝ ꝺterminat de ſpir̄tib⁹ ⁊ vētis. ⁊ diuiditur i tres tractatus. In ꝑmo tractatu determinat de mari. ⁊ diuidiť in duo capitula. In ꝑmo determinat de generatōe maris. ⁊ diuidiť in duas ptes. In ꝑma intēdit q̄tuoꝛ cōcluſiones. ¶ Prima tāgit intētū ⁊ eſt hec. dicamus de mari ⁊ ꝓpter quā cauſā tāta aque multitudo ſit ſalſa. ⁊ quid ſit principiū gn̄atiōis maris. ¶ 2ª cōcluſio tangit tres opiniones antiquoꝝ de gn̄atione maris. ꝑma fuit eoꝝ qui verſātur circa cognitionē de dijs. ſ. heſiodi ⁊ alioꝝ poetaꝝ dicētium ꝙ in terra erāt fontes qui erāt pꝛīcipia ⁊ radices maris ideo ex illis gn̄abatur mare. dicebāt etiaꝫ terrā eſſe maioreꝫ pteꝫ totius vniuerſi. ideo dicebāt oīa alia eē ⁊ moueri circa terraꝫ tāꝙ̄ circa honorabilius elementum. ¶ 2ª opinio eſt quorūdā dicentiū terrā fuiſſe a ꝑncipio. totā copertā aquis. ⁊ ꝓpter calorē ſolis fuiſſe ex vna pte exiccatā ⁊ reſiduū aque dixerunt eē mare. ⁊ dicūt ꝙ tandē tota terra exiccabitur. ¶ 3ª fuit opinio dicentiū terrā fuiſſe calefactam a ſole. ⁊ ꝓpter hoc emiſiſſe ſudorē ⁊ illū ſudorē dicūt eſſe mare. ꝓbat ſigno qꝛ ſicͭ ſudor ē ſalſus. ita mare ē ſalſū. Et ſubdit quādaꝫ opinionem de cauſa ſalſedinis maris ⁊ eſt hec. ſicut aqua collata ꝑ cineres eſt ſalſa ita aqua trāſiens per terraꝫ quodāmō aduſtā a ſole ē ſalſa. ¶ 3ª cōcluſio tāgit reprobationē prime opiniōis. ⁊ prio ponit taleꝫ diſtinctioneꝫ aquaꝝ que ſūt circa terrā. quia q̄dā ſūt fluētes ſicut aque fōtales. alie ſūt ſtationarie. ⁊ iſte ſūt duplices. quedā ſūt ſtātes ꝑ artē ſicut puteales. q̄daꝫ ſūt ſtātes ſine arte ſicut aque ſtagnales ⁊ paludoſe. 2º ip̄robat dictā opiniōeꝫ duabus ratiōibus. Pria. ſi aq̄ fontales eēnt ꝑncipiū gn̄atiōis maris. vel igitur aq̄ eēnt ſtātes vel fluenes, nō ꝑmū. quia aqua ſtagnaliſ nō pōt eſſe pꝛīcipiū tāte multitudinis aque ſicut eſt mare. nō 2m. quia oīs aqua fluens ⁊ fōtalis eſt dulcis. mare autē n̄ eſt dulce. 2ª ratio quia ſūt multa maria que poſſūt vbiꝫ circūdari. ⁊ tn̄ nō apparēt ibi aliqui fōtes vel fluuij ītrantes īſra ipſa maria que ſunt pꝛīcipia eoꝝ. igiť. ¶ 4ª concluſio tāgit cāꝫ fluxus mariſ ab aqlone i meridiē. Prima cā. qn̄ mare ex maiori loco venit ad minorē locū tūc ꝑꝑ āguſtiā loci vibrať hic ⁊ ide: ⁊ iō tūc ī lāto loco appꝫet modica vibratio ⁊ i ꝑuo maioꝛ vibratio. 2ª cā. qꝛ mare ſēꝑ fluit ad aliud mare profūdius. vt ꝓbat de meothide palude q̄ fluit ī pōtū ⁊ pūtus in egeū. 3ª cā. qꝛ locus aqlonis ē multū altioꝛ ꝙ̄ loc⁹ meridiōalis. ideo mare fluit ab aqlone ī meridiē. aīs ꝓbat ſigno. qꝛ ātiq dixerūt ſoleꝫ nō moueri ſub terra ſꝫ occultari a nobis ꝑꝑ altitudinē terre circa polū arcticū. ¶ Cōſequenter recapitulat que dicta ſūt ⁊c̄.

Scdo ſciendū eſt ꝙ Ariſto. in ſcd̄a pte hui⁹ capituli reprobat q̄ſdā alias opiniōes de generatiōe maris ⁊ ītendit ſeptē cōcluſiones ¶ Prima tāgit ītētū ⁊ ē hec. dicēdū ē de gn̄atōe maris ⁊ de cauſa ſalſedinis ⁊ amaritudinis eius. ¶ Secūda cōcluſio tāgit ſecūdā concluſionem ⁊ eſt hec. quidā antiquoꝝ dixerunt mare eſſe ꝑnm omniū aquaꝝ ⁊ locuꝫ naturaleꝫ aque. ꝓbant ſic. ſimiliter eſt i aqua ⁊ in alijs elementis. ſed in alijs ita eſt ꝙ i loco naturali illius elementi eſt maioꝛ eius pars que eſt principium omniuꝫ que ſunt ꝺ natura talis elemēti. vt ꝓbat de igne. igitur ſimiliter in loco naturali aque eſt maioꝛ pars aque. ſcꝫ mare qꝺ eſt pꝛincipiū omniū aliarū aquaruꝫ. probant ſic ſigno. omnes enim fluuij fluunt a mari ⁊ iterum redeunt ad mare. hanc reprobat ſic ꝙ mare eſt ſapidum ⁊ nō ē ſimplicius ⁊ purius aqs fluuioꝝ vel fontiū. ḡ non ē ꝑncipiū eoꝝ. aīs ꝓbat. qꝛ



propter hoc ꝙ mare colatur per terrā eſt ſapidū ⁊ ſalſū. ¶ 3ª ꝯcluſio tāgit duas ſuppōnes ꝑ ſcd̄a opinione. Prima. circa terrā eſt aqua: circa aquā ē ſpera aeris. circa aerē eſt ſpera ignis. ¶ 2ª ſuppoſitio. ſol mouetur circulariter circa terrā ⁊ aqꝫ ⁊ diſgregat ⁊ eleuat quod eſt ſubtile ⁊ dulce vſꝫ ad mediā regionē: ⁊ illud ibi conuertiť in aquā ⁊ iteꝝ deſcendit in terrā. ¶ 4ª concluſio tangit ſecūdā opinionē antiquoꝝ: ⁊ eſt hec: oēs antiq ſt̄ deridendi qui dixerunt ſolē cibari humido: ⁊ ꝑꝑ hoc dicebant ſolem moueri circulariter: quia eadē loca nō pn̄t ſꝑ ei ꝓbere alimentū. hāc ꝓbat ſig̃ qꝛ flāma nutritur humido ī oleo. ḡ ſignū eſt ꝙ ſol nutriť humido. hanc reprobat quinꝫ rōib⁹. ꝑma qꝛ ſequereť ꝙ ſol nō ſolū renouareť de die ī diē ſicut dicebat Eraclitus: imo ēt ꝙ cōtinue eēt alius ⁊ alius ſol: qꝛ continue cōſumebat alios ⁊ alios humores. ¶ 2ª rō. ignis euaporās humidum ab aq̄ nō nutriť illo humido ꝑ ipꝫ eleuato. ergo ſimilr̄ ſol non nutriť humido ꝑ ipꝫ eleuato ab aqs. ¶ 3ª rō. qꝛ eadē rōne alia aſtra nutrirētur humido. ꝯn̄s ē ſalſū. ſi. n. totū humidū eſſet eleuatū nō ſufficeret nutrire tot ⁊ tanta aſtra. ¶ 4ª rō. ſi ſic: ſeq̄reť ꝙ ſol augmētareť ⁊ moueret velocius ꝓpter humidū nutritiuū ei⁹. ¶ 5ª rō. qꝛ videmus vapores eleuatos ꝯuerti ī aquā: ⁊ iteꝝ deſcēdere deorſū. ergo ſol nō nutriť ab eis. ¶ 5ª ꝯcluſio tāgit locū maris ⁊ eſt hec. potabile ⁊ dulce qꝺ eſt in mari ferť ſurſū ꝓpter leuitatē ſꝫ ſalſū ⁊ groſſū remanet īferi⁹ ꝓpter grauitatē. iō ille loc⁹ īferioꝛ eſt ſibi ꝯueniēs. eēt. n. irrōnabile ꝙ aque non eēt aliqs loc⁹ ſicut alioꝝ elementoꝝ: ⁊ ſic loc⁹ vbi eſt mare eſt ꝓprius locus aque ⁊ non ꝓprius locus maris. ꝓbo ꝑ ſiłe in aīalib⁹: qꝛ qn̄ nutrimentū eſt in ſtomacho bonū ⁊ ſubtile mittiť ad ſingula mēbra: ⁊ fit nutritio eoꝝ. groſſū aūt mittiť foras. īfert correlariū ꝙ ꝓpter hoc ꝙ locus in quo eſt mare eſt locus nālis aque. ideo oēs fluuij fluūt ad mare. ¶ 6ª ꝯcluſio tāgit vnā dubitationē ⁊ eſt hec. cū tāta mltitudo fluuioꝝ ītret mare q̄re ē ꝙ mare nō augeť. ſoluit qꝛ fluuij nō ſiť ſꝫ paulatiꝫ fluūt ad mare: ⁊ ſic ꝯtinue ſol ab eis eleuat potabile ⁊ dulce ⁊ reliquit ſolū groſſū ⁊ terreſtre. ideo non pōt tn̄ augeri. ꝓbat ꝑ ſiłe de aqua paulatiꝫ effuſa ab aliquo vaſe ꝯtinue ab aliquo ꝯſūpta. ¶ 7ª ꝯcluſio tāgit opinionē platonis ⁊ eſt hec. dcm̄ platonis in phedrone eſt īpoſſibile. ſ. ꝙ oēs fundi maris ⁊ fluuioꝝ ſunt ꝑforati: ⁊ ī medio terre eſt fons aq̄ꝝ q dr̄ tartarus a quo ꝑ talia foramina veniūt mare fontes ⁊ fluuij ⁊ alia reumata: qꝛ ille tartarus aliqn̄ moueť ſurſū ⁊ aliqn̄ deorſuꝫ: ⁊ aliqn̄ ad latus ꝓpter diuerſitatē in diuerſis partibus terre aque exeūt ad diuerſa loca. ⁊ licet ille tartar⁹ ſit ꝑncipiū oium aquaꝝ. tn̄ aque poſſunt habere diuerſos ſapores ſm̄ diuerſas partes terre ꝑ q̄s fluūt. hāc reprobat q̄tuoꝛ rōnib⁹. ¶ Prima. qꝛ ſequereť ꝙ fluuij nō magis fluerēt ſubtus aquā ꝙ̄ deſuꝑ: ſed ſolū ad locū ad quē flueret talis tartarus. ¶ 2ª rō. qꝛ ſeq̄reť ꝙ ſemꝑ deberet eē eadeꝫ q̄ꝫtitas fluuioꝝ. pꝫ ꝯn̄a. qꝛ ſemꝑ ille tartarus ꝯſiderať equalis. q̄ꝫtū. n. exit de aqua ab eo ſubītrat tn̄ in eo de aqua. ¶ Tertia ratio. oēs fluuij vidētur terminari ad mare: ⁊ nullus ſubītrat terrā niſi ꝑ aliā partē exeat. ergo nō oēs redeūt ad illū tartaꝝ. ¶ 4ª ratio. qꝛ ſequereť ꝙ fluuij ꝓpe exituꝫ a tartaro eēnt maiores. ꝯn̄s ꝓbat ꝑ ſiłe de q̄buſdā fluuijs circa mare. Cōſequenter recapitulat q̄ dicta ſūt. Solet addi q̄rta opinio Democriti q̄ tn̄ nō poniť hic ī textu: ſꝫ poneť ſuo loco.

Tertio ſciēdum ꝙ circa hūc textū īcidunt tres difficultates. ¶ Prima vtrū tota terra debeat eſſe realr̄ coopta aquis. Pro ſolutōe huius difficultatis ponūtur tres opiniones ꝓbabiles. Prima eſt Alberti q̄ ſtat in duob⁹ dictis. Primū. terra eſt coopta magno mari quaſi corrigia lata cingēte ipſā a polo arctico vſꝫ ad polū antarcticū: ⁊ iteꝝ ecōtra. 2m. terra ē ex vtraꝫ parte diſcoopta mari. Ex hoc ſequitur ꝙ tota terra nō eſt de facto coopta aqs. 2º ſeqtur ꝙ ad ſalutē viuētiū terra nō debꝫ eē nālr̄ coopta aqs. pꝫ qꝛ ſunt multa viuētia que nō poſſunt generari niſi vbi tria elemēta ſe tāgūt. hoc aūt non eēt ſi tota terra eēt coopta aqs. ¶ Scd̄a opinio ſtat in vna ſuppoſitōe q̄ eſt hec. terra eſt in vna ſui parte gibboſa. ideo gibboſitas terre trāſcēdit ſperā aq̄ ⁊ eſt altioꝛ aqua. Ex his ponit duo dicta. Primū. terra ſubiecta aqs eſt rotūda. 2m. terra habitabilis eſt extra aquā ad modū cuiuſdā montis ⁊ gibboſitatis. Ex hoc ſeqtur ꝙ terra ꝓpter ſalutē viuētiū facta eſt gibboſa: ideo nō eſt totalr̄ coopta aqs. ¶ Tertia opinio eſt ꝓbabilioꝛ: ⁊ ſtat ꝑmo ī vna ſuppoſitiōe que eſt hec. vna pars terre ē arida. ideo eſt leuioꝛ altioꝛ ⁊ eſt habitabilioꝛ. alia eſt coopta aqs et humida: ideo eſt grauioꝛ ⁊ baſſioꝛ. Ex hoc ſeqtur ꝙ vna pars t̄re leuať ſupra aquā eo ꝙ alia pars terre eſt pōderoſioꝛ. ideo eſt ꝓpinquioꝛ centro mundi. Scd̄o ſtat in vna diſtictiōe que eſt hec. duplex eſt cētrum terre. ſ. grauitatis ſiue ponderoſitatis: ⁊ illud non eſt in medio terre cū vna pars terre ſit grauioꝛ alia. ſed eſt bene in

medio mundi. ideo centrum grauitatis terre eſt hͥ cētrū mūdi. aliud eſt cētrū equalis diſtātie qꝺ eqlr diſtat a qlibet pte circūferētie aque. Ex his ponūtur duo dicta. Primū. elemētū terre qꝺ cō plectiſ totā terrā tam habitabilē ꝙ̄ inhabitabilē illud eſt rotūde figure. pꝫ ponēdo pedē circini in cētro equalis diſtātie terre: ⁊ faciēdo circulū cir ca circūferētiā. ¶ 2m dcm̄. totū elementū aque eſt rotūde figure. pꝫ ponēdo pedē circini in cētro mūdi ⁊ faciendo circulū circa circūferētiā aque. Ex his ſeqtur ꝙ terra non eſt totalr coopta aqs. Alie difficultates patebūt in dubijs.

**Concluſio** rn̄ſalis. Locus i. quo nūc eſt mare eſt locꝰ nālis aque. pꝫ p̄mo. oīs aqua naturalr mouetur ⁊ fluit ad locū iq̊ ē nūc magnū mare. 2o qꝛ ipiꝰ aq̄ ē aliqs locus ⁊ nō alius ꝙ̄ locꝰ in q̊ eſt nūc magnū mare. g̊ ⁊c̄.

**Primo** dubitaſ. Utꝝ tota tra ſemel exic cabiſ a ſole. Ad ſoluendū hoc du biū eſt ſupponendū ꝙ Ariſto. in vltima parte hu ius capituli recitat quandā opinionē de ꝑpetuita te maris: ⁊ itēdit quatuoꝛ ꝯcluſiones. ¶ Prima tangit illā opinionē ⁊ eſt hec. quidā putant ꝙ ma re ſcm̄ ſit ſilr cū mūdo. hāc ꝓbat qꝛ mūdus eſt ꝑpe tuus. ergo mare eſt ꝑpetuū. ¶ Scd̄a ꝯcluſio cō parat iſtā opinionē ad fabulas eſopi: qꝛ ſicut eſo pus dicebat fabuloſe terrā fuiſſe p̄mo coopertā aqs: ⁊ poſtea fuit q̄dā charibdis q̄ bis abſoꝛbuit. p̄mo auſtu fecit apparere mōtes: ⁊ ſcd̄o iſulas. ⁊ tertio ſoꝛbebit ⁊ faciet trā oīno aridā. Silr demo critus dicebat totā multitudinē aque p̄mo eſſe fa ctā cū mūdo ⁊ tādē deficere ⁊ ſiccari: iſte aūt ſer mo eſt ꝯueniēs poetis ⁊ nō inquirētibus verita tē. Reprobat Ariſto. iſtā opinionē. qꝛ nō videtur ꝓpter quā cauſaꝫ tota terra fuiſſet aliquādo ſub merſa ꝓpter grauitatē ⁊ aliquādo nō. Terra. n. ſemꝑ fuit grauis. ergo eaꝫ ſemꝑ opoꝛtuit eē ſub aqua. ¶ Tertia ꝯcluſio tāgit quādā ſolutionē ⁊ eſt hec. ꝙ ſol eleuat aquā ⁊ ſic exiccaſ terra. Re probat qꝛ ſicut opoꝛtet ſolē eleuare aquā ⁊ terrā exiccari: ſic opoꝛtet ex illa aqua fieri pluuiam: ⁊ iteꝝ terrā humectari. nec opoꝛtet ꝙ hoc tm̄ ſit ſe mel ſed ſemꝑ aut ſepius: ⁊ ſic terra nō deſiccabi tur. ¶ Ultima cōcluſio tangit motiuū eoꝝ ⁊ eſt hec. videmus aliqua loca eſſe altioꝛa ⁊ ſiccioꝛa ꝙ̄ p̄us. Subdit ꝙ rōnabilius eſt dicere ſolē eleuare aliquas partes aque ⁊ iteꝝ poſtea deſcēdere ꝙ̄ totū mundū ꝑmutari ⁊ de nouo fieri ⁊c̄.

**Secundo** dubitatur. Utruꝫ mare fuerit eternū ⁊ perpetuū. Ad ſoluē dum hoc dubiū eſt ſupponendū ꝙ ſupponendo eternitatē mundi cū Ariſto. ponuntur aliqua di cta. ¶ Primuꝫ. mare totū eſt generabile ⁊ coꝛru ptibile. patet quia eſt coꝛpus naturale cōpoſituꝫ ex materia ⁊ foꝛma. ¶ Scd̄m dcm̄. multe par tes maris ſunt de nouo generate ex fontibus ⁊ fluuijs. patet per ingreſſuꝫ fluuioꝝ ad mare. Ex hoc ſequitur primo ꝙ nunc nō ſit aliqua pars in mari que fuerit ante mille annos. Scd̄o ſeqtur ꝙ mare ſm qualibet ſui partē que nūc eſt: eſt de nouo genita. ¶ Tertium dcm̄. ſemꝑ fuit mare. pꝫ qꝛ ab etno fuit veꝝ dicere mare eſt. ¶ Quar tū dcm̄. vnū ⁊ idē mare ſemꝑ fuit niſi itelligendo de eodē ſꝫ quālibet ſui partē. nec itelligendo de eodē ſꝫ p̄ncipalē partē: ſed itelligēdo de eodem ſm ꝯuenientiā ⁊ ſucceſſionē in eodē ſitu ⁊ figura quēadmodū nos dicimus ꝙ eſt idē ſecana q ſem per fuit pariſius. Ex hoc ſequitur ꝙ mare de fa cto eſt ingenitū et coꝛruptū ad ſenſum preceden tis dicti. dicitur tamen ſꝫ veritatē ꝙ mare eſt de nouo factum ſicut fuit mundus. fecit enim celuꝫ terram mare ⁊ omnia que in eis ſunt.

**Tertio** dubitatur. Utꝝ mare debeat flue re ⁊ refluere. Pro ſolutione dubij ponūtur alique diſtictōes. ¶ Prima. duplex eſt mare. qꝺdā eſt mare magnū qꝺ dicitur oceanuꝫ: aliud eſt mare mediterraneū: ⁊ ſm deſcriptionē factā ſub Julio ceſare ſunt trigīta maria mediter ranea. ¶ 4a diſtinctio. maria mouentur multis modis. p̄mo ꝑ vētos. quādo. n. eſt vētus ipetuo ſus eleuat ſupioꝛē partē maris extra ꝓpꝛios limi tes: ita ꝙ multotiens fit talis inundatio ꝙ aliqū fit diluuiuꝫ particulare. 2o mō apparet moueri ꝑ hoc ꝙ ex vno latere fiunt ⁊ augentur fluuij: ⁊ ex alio diminuūtur. ideo mare mouetur ex illo loco altioꝛi ꝓpter abundantiā aquaꝝ ad illū locū baſ ſioꝛē ꝓpter diminutionē aquaꝝ. 3o modo mare mouetur vnū in aliud eo ꝙ vnū eſt in loco altio ri ꝙ̄ aliud. vnde tres ſunt cauſe quare vnū ma re eſt altius alio. p̄ma. qꝛ vnū eſt ſituatū ſupꝛa ter rā altioꝛē ꝙ̄ aliud. 2a. qꝛ eſt generatio aque mul te i vno loco ⁊ diminutio ex alio. 3a. qꝛ ē ꝯcurſus multoꝝ fluuioꝝ in vna parte maris ⁊ nō in alia. Solet addi 4a. qꝛ i vno latere eſt magnus caloꝛ q ſufficit diminuere mare. i alia aūt ē magnū fri gus qꝺ ſufficit multos vapoꝛes conuertere i aqꝫ maris: ⁊ ꝓpter iſtā cauſam fluunt maria ſeptē triōalia i maria auſtralia. 4o modo poteſt fluere mare ſm dn̄ium lune: ita q bis refluit: ⁊ de tali motu ponuntur aliqua dicta. Primum. luna ē cā



fluxus ⁊ refluxus maris. pꝫ per experientiā ⁊ rō nem. expientia ſic. qꝛ qn̄ luna aſcēdit ſupꝛa hemi ſperium tūc ipꝫ mare icipit fluere a pūcto oꝛiētis vſqꝫ ad pūctū meridionale. ⁊ a pūcto meridiona li vſqꝫ ad pūctū occidentis defluit. ⁊ a pūcto oc cidētis vſqꝫ ad angulū noctis. i. vſqꝫ ad pūctum directe oppoᵐ pūcto meridionali iteꝝ fluit. ⁊ ex illo pūcto vſqꝫ ad pūctū occidētis refluit. rōne ſic: qꝛ luna per influentiā ſp̄alem mediāte ſuo luīe eſt cā eleuationis quarūdā partiū maris eo ꝙ lumē in occoꝛſu medij denſioꝛis refrangitur. ⁊ ꝙ̄to ma gis accedit ad lineā ꝑpendicularem ⁊ directā tā to magis refrangiſ. Sunt tn̄ alique difficultates ſoluende. p̄ma eſt. q̄re ē ꝙ aſtrologi volētes iudi care de natiuitatibꝰ hoīuꝫ magis aſpiciūt ad ſtel las exn̄tes i oꝛiente ⁊ aſcendētes ꝙ̄ ad ſtellas exi ſtentes in meridie ⁊ deſcendentes. cū tn̄ maioꝛem vigoꝛem habeant in meridie ꝙ̄ in occidente. dici tur ꝙ hoc eſt qꝛ in meridie planete deſcendūt. iō continue debilitatur ꝟtus eoꝝ. in oꝛiente aūt aſ cendunt iō continue ſoꝛtitur ꝟtus eoꝝ. ¶ 2a diſ ficultas. ꝓpter qd luna cauſat talem tumoꝛem in mari. diciſ ꝙ principaliter ē ꝓpter ſuam ꝓpꝛiaꝫ influentiam ꝑ quam hꝫ dn̄iuꝫ ſuper hūida. ¶ 3a difficultas. quare non omnia maria equalr fluūt ⁊ refluunt. dicitur ꝙ hoc eſt ꝑꝑ differentiā i groſ ſitie ⁊ ſubtilitate. ¶ 4a. quare ſt maioꝛes fluxus in hyeme ꝙ̄ in eſtate. ⁊ in vere ꝙ̄ autumno. dici tur ꝙ eſt qꝛ fluuij incidentes in mare ſunt maio res in hyeme ꝙ̄ in eſtate ⁊ minus euapoꝛantur a celo. ¶ Quinta. qr talis fluxus magis fit i pleni lunio. dr ꝙ eſt propter maius dominium lune.

**Ad rationes** Ad pꝛimam dicitur ꝙ aq̄ naturaliter quieſcūt in lo co vbi nūc eſt mare niſi violente moueantur ab aliquo extrinſeco vel ab alio planeta. vel etiam niſi moueantur per accidens a loco altioꝛi ad baſ ſioꝛem. ¶ Ad ſecundam probationem antecedē tis dicitur ꝙ aqua naturaliter generaretur in il lo loco niſi eſſet extrinſecum impediens. ¶ Ad tertiam dicitur ꝙ licet aqua naturaliter debe at locari in loco altioꝛi ꝙ̄ ſit terra. tamen non eſt inconueniens aliquas partes terre per accidens altius eleuari ꝙ̄ aqua propter cauſam dictam in tertio notabili. ⁊ maxime propter ſalutem viuē tium. Ad tertiam dicitur ꝙ maris in quantū ma re non eſt aliquis locus: eo ꝙ mare ē vnū mixtū ideo mixtū nō hꝫ locuꝫ niſi rōne elemti p̄dn̄antis.

**Ueritur** ſecūdo. Utruꝫ mare ſit ſalſum ex admixti one ſicci terreſtris cū humido. ¶ Ar guitur primo ꝙ nō. qꝛ omne ſalſum ē calidum ⁊ ſiccum. ſꝫ mare nō eſt calidū ⁊ ſiccū. g̊ mare nō eſt ſalſum. maioꝛ pꝫ. qꝛ ſalſedo fit ex ſic co terreſti ⁊ aduſto qꝺ eſt calidum ⁊ ſiccū. minor pꝫ qꝛ mare eſt aqua frigida. ¶ Scd̄o ſic. ſi mare eēt ſalſum: ſequeretur ꝙ nō haberemus ſimplex elemētū ꝟe aque. Scd̄o ſeq̄retur ꝙ tanta multi tudo ſicci terreſtris admiſceretur cū aqua maris quanta eſt aque multitudo maris. ¶ Tertio ſic. ſi ſalſedo maris cāretur ex admixtione ſicci ter reſtris ſequeretur pꝛimo ꝙ alij fluuij eſſent ſalſi ſicut mare. 2o quia cōtiue mare fieret magis ſal ſuꝫ. 3o qꝛ ſub polr mare n̄ dꝫ eē ſalſū cū ibi nulla aut pauca ſit euapoꝛatio. In oppoᵐ ē Ariſto.

**Primo** ſciendum eſt ꝙ Ariſto. i iſto ſecū do capitulo determinat de ſalſe dine maris. ⁊ diuiditur in tres ptes. In p̄ma deꝉ minat de cauſa ſalſedinis eius ſecūdū opinionē antiquoꝝ. ⁊ intendit tres cōcluſiones. ¶ Prima concluſio tāgit pꝛimam opinionē ⁊ eſt hec. quidā dixerunt mare a p̄ncipio eē gen tū ⁊ ab ip̄o eſſe eleuatum id qꝺ ē dulce ⁊ potabile. groſſū aūt et terreſtre eē relictū. ideo mare ꝑꝑ taleꝫ terreſtrei tatē eſt ſalſum. hanc reprobat ſic. qꝛ quātuꝫ eleua tur de hūido a mari tātū iteꝝ cadit in ipꝫ. ¶ Se cunda cōcluſio tāgit ſecūdā opinionē ⁊ ē hec. qdā dixerūt ꝙ fluuij currētes ad mare tranſeunt per quaſdā ptes terre a quibꝰ accipiūt ꝟtuteꝫ ſalſe dinis deferendo ſecū multitudinē terreſtreitatū: hanc reprobat tribus rōnibus. pꝛima qꝛ ſi ſic: ſeq̄ retur ꝙ fluuij deberēt magis eē ſalſi. Secunda rō. qꝛ nō vr̄ eē poſſibile ꝙ tanta aque multitudo fieret ſalſa ex admixtione modici terreſtris niſi etiam fluuij fierent ſalſi. Tertia ratio. quia ſecun dum eos mare non eſt niſi multitudo aquarū flu uialium. ergo ſi mare eſſet ſalſum: etiam aque flu uiales eſſent ſalſe. ¶ Tertia concluſio tāgit ter tiam opinionem ⁊ eſt hec. aliqui dixerunt ſudorē terre eſſe mare. ⁊ ꝓpter hoc mare eſſet ſalſum. h̄ autem magis pertinet ad poeſim ꝙ̄ ad veritatē. hanc reprobat tribus rationibus. Prima. oīs ſal ſedo cauſaſ ꝑ reſolutionē vel commixtionem. vt declarat exemplis. ſed iſta opinio non declarat q̊ illorum modoꝝ cauſetur ſalſedo in mari. g̊ eſt in ſufficiēs. ¶ 2a rō. ſudoꝛ cātur i aīalibꝰ ex abūdā

rıa hũoꝝ.ſ3 in t͛ra nõ appet tãta multitudo humo
rũ q̃ta eſt m̃ltitudo maris.igr̃.¶ 3ᵃ rõ. qꝛ ſeqꝛ ꝙ
ptes terre ſicce caleſacte deberẽt ſudare.ↄñs eſt
falſũ.q̃tũcũq3.n.t͛ra caleſiat nũq̃ videt̃ ſudare.⁊
ſubdit ꝙ p̄ma opinio magis veriſimilis q̃ iſta.

**Secundo** ſciendũ eſt ꝙ Ariſto. in 2ᵃ pte
huius capituli determinat de
cauſa ſalſedinis maris ⁊ intẽdit duas cõcluſiões
¶ Prima tangit tres ſuppoſitiões.prima ẽ hec.
duplex ẽ exala°.q̃ eleuatur a terra.q̃dã eſt calida
⁊ ſicca.alia ẽ calida ⁊ humida.⁊ vtrũq3 ẽ p̄nᵐ ſal
ſedinis maris ¶ 2ᵃ ſuppoſitio.l3 ſp maneat vnũ
⁊ idẽ mare ſm ſpẽm.tñ alique ptes maris cõtiue
gñantur ⁊ alique corrumpũtur vt ꝓbat p ſimile
de alijs elementis ⁊ de flãma.¶ 3ᵃ ſuppoſitio.ſa/
por ſalſus cãtur ex cõmixtione alicu⁹ ſicci terre
ſtris īdigeſti ⁊ aduſti cũ hũido.ꝓbat q̃ttuor ſignis.
p̄mu3 qꝛ ſupfluu3 alimenti ẽ amarũ eo ꝙ ẽ indi/
geſtum.2ᵐ eſt de vrina q̃ eſt amara p aduſtione3
3ᵐ eſt de ſudore.4ᵐ eſt de aqua colata p cineres
¶ 2ᵃ cõcluſio tangit cã3 ſalſedinis maris ⁊ ẽ hec.
ꝓpter illud qđ nũc dictũ ẽ.aliq̃ dixerũt mare ſie
ri ex terra aduſta.ſ3 hoc eſt dicere incõueniẽs.iđ
rõnabile eſt dicere ꝙ eleuatur duplex exalatio.
vna que ẽ calida ⁊ ſicca ⁊ illa inflãmat̃ ⁊ cõuertit̃
in t͛reſtre aduſtu3 ⁊ conmiſcetur cum alia que eſt
humida ⁊ cadit in mare.ideo cãtur ſalſedo in ma
ri.ꝓbat per ſimile de tota aqua ⁊ de partibus aq̃
Secundo ꝓbat octo ſignis. Primũ.qꝛ aque au/
ſtrales ⁊ autũnales ſũt magis ſalſe q̃ alie eo ꝙ
auſter flat in locis calidis ⁊ maiores exalatiões ⁊
vapores cauſat q̃ alij venti.tales autem aque ſt̃
grauiores pp multitudine3 terreſtreitatum.Se/
cundũ ſignũ.qꝛ aqua maris eſt calidior alijs.⁊ h̃ ñ
eſt niſi ꝓpter cõmixtionem exalationis calide ⁊
ſicce adhuc retinẽtis virtualiter ſuam caliditatẽ.
quecũq3 enim ſũt ignita habent caliditate3 in po
tentia.vt probat de calce ⁊ cinere.⁊ de ſupfluita
tibus alalium.Tertium ſignũ.ſi quis in mari po/
ſuerit vas cereum ſubtile vndiq3 clauſum ingre
dit̃ aqua dulcis.⁊ hoc quia non ingrediuntur ter
reſtreitates.Quartum ſignũ.qꝛ aqua maris ſub
equali qualitate eſt groſſior ⁊ grauior alijs. ideo
multe naues poſſunt ſupernatare in aqua maris
que in aqua dulci ſubmegerentur.⁊ propter ea3
cauſam oua ſupernant in aqua ſalſa ſi fuerit ple
na.Quintum ſignũ.ſm fabulas in paleſtia ẽ vnũ
ſtagnũ ita ſalſũ ꝙ ſi quis ꝓijceret hominẽ aut bo
uem non poterit ſubmergi.Sextum ſignum.ve/
ſtimenta lota in mari fiunt ſordida ꝓpter t͛reſtre
itates.Septimũ ſignũ.in terra thionia eſt fõs aq̃
ſalſe in quo propter ſui groſſitiem nulli piſces na
ſcuntur.Ultimum ſignum.in Arabia eſt q̃dã fõs
in quo naſcuntur calami quibus combuſtis ho/
mines cõmiſcent cineres cu3 ⁊ aqua decoquũt
⁊ poſt euaporatione3 aq̃ relingt̃ multitudo ſalis.

**Tertio** ſciendũ ꝙ Ariſto.in tertia parte h⁹
capituli determiat de ſalſedine ali
orum fluuioꝝ.⁊ intendit tres cõcluſiões. ¶ Pri
ma tangitur inter primũ ⁊ ſecundũ.⁊ tangit du/
as obiectiones. Prima.boreas eſt ventus frigi/
dus.igitur etiam auſter q̃ ꝓcedit a polo oppoſi/
to tantũ diſtante a ſole ſicut boreas.Soluit ꝙ au
ſter tranſit ſub equinoctiali p regiones calidas
ꝓpter vias ſolis:ideo auſter eſt calidus rõne loci
p quem flat.2ᵃ obiectio boreas adducit nobis ſe
renitates.auſter aũt adducit pluuias.ergo ẽ fri
gidus cum pluuia generetur ex frigido. Soluit
ꝙ ideo auſter cauſat pluuiam.non qꝛ igroſſat nu
bes.ſed qꝛ venit a longiſſimis regiõibus.⁊ d̃fert
ſecum nubes q̃ ſũt cã pluuie.ſed boreas venit a
ꝓpinquis.ideo fugat nubes a nobis ⁊ cauſat ſe/
renitatem.¶ 2ᵃ concluſio tãgit alias duas obie
ctiones que ponuntur inter ſecũdum ⁊ tertium ſi
gnum. Prima.ſi ſalſedo maris cauſaretur ex cõ/
mixtione ſicci terreſtris cũ aqua maris: ſequere
tur ꝙ ſemper ⁊ continuatiue mare fieret magis
ſalſum.probat ↄñam qꝛ cõtinue admiſceret̃ ſiccũ
terreſtre cum aqua maris.⁊ ſic cõtinue p ſole ele
uatur a mari qđ eſt ſubtile ⁊ dulce. Soluit ꝙ nõ
põt eleuari ſubtile ⁊ dulce quin etia3 aliquid ele
uetur de terreſtri propter nimiam eorum cõmi/
xtionem.etiam fluuij dulces intrantes mare con
tinue impediunt ne mare fiat magis ſalſu3 2ᵃ ob
iectio ſi cum dulci ⁊ ſubtili eleuaretur aliq̃d de ſic
co terreſtri:ſequeretur ꝙ propter eorum cõmix
tionem talis vapor eleuatus eſſet ſalſus. Soluit
ꝙ ideo propter hoc non eſt ſalſus ꝓpter paucita
tem ſicci terreſtris in comparatione ad dulce ele
uatum.¶ 5ᵃ ↄ°. tangit ſapores alioꝝ fluuioꝝ ⁊ ẽ
hec.ſi aliq̃ fluuij īueniẽt̃ hr̃e ſalſedinẽ vł aliq̃d ta
le:iſta non hñt ex ſuis generationib⁹. nec fiunt in
ipſis ſicut ſalſedo fit ī mari.ſ3 tales aque hñt huiuſ
modi ſapores a ptib⁹ terre p q̃s trãſeũt.ſilr̃ dicẽdũ
ẽ de alijs q̃litatib⁹ vt de coloribus.⁊ de his ponit
quedam exempla que patent ī textu.

**Concluſio** reſponſalis. Totu3 mare d3
eẽ ſalſũ:p3 qꝛ in toto mari eſt



cauſa ſalſedinis.ſ.admixtio ſicci terreſtris aduſti
cũ humido.igitur totũ mare eſt ſalſu3.

**Primo** dubitatur. Utꝝ diuerſoꝝ fontiũ
⁊ fluuioꝝ ſint diuerſi exit⁹. Pro
ſolutione huius dubij ſunt vidende cauſe natura/
les effectuũ fontium ⁊ fluuioꝝ. Refert Jſidorus
ꝙ eſt q̃dã fons cuius potus abbreuiat vitã.alius
cõmouet libidine3.alius prodeſt oculis.alius ſa
nat antiquas infirmitates.alius capillos reddit
aureos. Refert Seneca ꝙ ſunt quedã aque īfe
ctiue ita ꝙ ſi quis ex eis biberit morit̃.cuiuſmodi
eſt aqua cuiuſda3 fontis que facit herbas areſce
re ſi ſup ipſas ſpargat̃. Refert etiã ꝙ eſt quoddã
ſtagnũ in quo ſi homines proſpiciant moriũtur.⁊
eſt quidã fons qui mutat ligna in lapides:⁊ ſi hõ
ex eo bibat eius viſcera fierent lapidea. Refert
ẽt ꝙ eſt alius fons de quo bibentes recipiunt ſa
mẽ.eſt etiam alius de quo bibentes inebriantur
Refert Albert⁹ ꝙ eſt quidam fons de quo ſi bi
bant oues nigre fiunt albe ⁊ ecõtra.Eſt etiã alius
fons de quo ſi quis bibat reddit̃ bone memorie.
Eſt etiã alius de quo bibẽtes reddũtur obliuioſi.
Eſt etiã alius fons mulieres ſteriles fecũdãs ⁊ ſa
nãs freneticos.Eſt ⁊ alius fons de quo ſi latro bi
bat manifeſtabitur eius malicia. Jſtoꝝ aũt effe/
ctuum poſſunt aſſignari alique cauſe naturales.
Prima eſt natura terraꝝ a q̃bus et p quas fluũt
tales fõtes.2ᵃ cauſa.ſicut herbe ⁊ lapides habẽt
q̃naſdã occultas virtutes ⁊ naturas ſic etiã aque.
